



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

1 Hæresis suspecti quam pœnam incurrant?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

Leis indicatur in cap. excommunicamus. 1. & 2. de hæreticis, ubi danari reliquitur brachio seculari debita animadversione puniendi. Ergo post damnationem iam functus est iudex Ecclesiasticus officio suo. Item, quia traditus curiæ seculari ad misericordiam non admittitur, vt statim dicemus: sed nullus damnatur vt impeniens, qui seculari curiæ non tradatur per ipsam condemnationem. Ergo facta condemnatione iam non est locus remissioni: ita multis relictis docet Farinac. *quæst. 193. num. 58. & 59. iuncto 57. Pegna 2. part. direct. comm. 36. vers. postquam.* Suarez. *de fide, disp. 23. sect. 2. n. 16. Simancas de cathol. instit. tit. 46. n. 26. Dixi regulariter nam in aliquo casu raro, in quo magna veræ conuersionis indicia reus offenderet, & de quo sperari posset fructus, possent ab Inquisitoribus exequitate ad misericordiam admitti.*

20. Ex his inferitur quid dicendum sit de illo, qui eductus è carcere, vel potius in tabulatu existens audierit sententia conuictur, an. inquam, ille recipendus sit? Ratio dubitandi est, quia respectu huius iam est sententia prolata, illique manifesta, etsi non sit promulgata. Ergo eius conuersio post condemnationem fit, Ergo non verè debet censeri, sed ad vitandam penam ac proinde recipienda, & ita cauetur in quadam Madriliana instructione. Refert Francisc. Pegna 2. p. dir. comm. 39. *vers. postquam,* cui ipse consentit. Nihilominus si in aliquo casu Inquisitores viderint specialissima conuersionis signa, poterunt & hunc ad reconciliationem admittere, quia id videtur pietati, & misericordie Ecclesie conuenire; & docuit ipse Pegna *supra. & 3. part. comm. 42. n. 175. circa finem Decian. tract. crim. lib. 5. c. 39. n. 3. Farin. de hæres. quæst. 193. n. 60.*

PUNCTUM III.

De pena portandi saccum benedictum, & omitte penitentias sibi impositas.

1. Portatio sacci propter infamiam pena reputari debet.
2. Inquisitores aduersus non exequentes penitentias procedere possunt.
3. Omitte implere penitentias aliqui vt relapsi condennant.
4. Probabilis tanquam impeniens puniendum esse.
5. Proceat, tametsi ipse sub iuramento se obligasset ad penam relapsi sustinendam.

AD corporales penas reduci potest, propter infamiam, quam gignit sacci benedicti portatio. Solent enim Inquisitores consuetudine iam recepta per totum orbem hæreticos penitentes in signum conuersionis, & desolationis erroris impetare, vt parenter supra vestes portent saccum quandam crucis rubei, vel crocei coloris signatum; de quo latè Pegna ad Eymet. 3. part. comm. 42. n. 175. Farin. q. 193. n. 91. Simancas de catholic. instit. tit. 47. n. 9. & segg. Ioan. à Rojas singul. 1. n. 23. & tract. de hæret. 2. p. n. 309. Calderin. tract. de hæreticis redeuntibus & conuersis. 8. Repertor. verbo *carcer.* verbo *crux.* verbo *infamia.* & alij apud ipsos.

2. Difficultas autem est, an si ij hæretici penitentes supra dictam habitum occultauerint, aut abiecerint, possint ab Inquisitoribus puniri, & qua pena puniendi sint, & generaliter quoties reliquas penitentias impositas non exequuntur. Et quod ad primum attinet certum est posse Inquisitores aduersus hos penitentes penitentias iniunctas non implentes procedere, tanquam de hæresi suspectos, non enim leuem suspicionem ingerunt conuersionem antecedentem factam esse, & errores præcitos non ex animo detestari, siquidem eorum satisfactione parui pendunt, & omitte: sic docent Eymet. 3. p. q. 97. & ibi Pegna *comm. 146. circa prius. Simancas de catholic. instit. tit. 48. n. 29. & 30. & in enchirid. violata relig. tit. 61. rubr. de penit. n. 7. Campeg. in addit. ad Zanch. tract. de hæretic. c. 20. in verbo penar. Farin. q. 93. de hæres. n. 123.*

3. Quoad secundum verò, qua pena puniendi sint hi hæretici penitentes implere recalcantes, non est constans omnium sententia. Aliqui enim dicunt, vt impeniens, & relapsos condemnandos esse, & curiæ seculari tradendos. quod præcipue locum habet in penitentia carceris, quæ grauior est si ab illa auferre tentantur: sic post alios antiquiores tradit Calderinus *tract. de hæreticis. rubr. de hæres. contum. n. 1. & 2. vmbert. Locat. in iudicial. instit. sit. verbo carcer. n. 16. ad finem, vers. carceres autem fugiens. Zanch. tract. de hæreticis. c. 10. n. 4. vers. de eo verò. & n. 5. & ibi Campegus in addition. litt. C. in verbo detrahisse. Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 56. n. 4. & videtur esse sententia Eymetici director. 3. part. quæst. 97. fine. Mouentur, quia omitte sine causa penitentiam sibi iniunctam exequi, præsumitur fidei conuersum esse, & in errore prillino perseverare. Ergo vt relapsus damnari poterit, quia in errorem iam reprobatum præsumitur relabi. Neque obstat hanc penitentiam violatione non esse formaliter hæresim, sed solum ex illa præsumptiue argui, quominus vt relapsus damnatur: quia (vt supra diximus) vt relapsus damnatur, qui abiurata hæresi in violentiam illius incidit suspicionem *cap. accusatus de hæreticis, in 6.**

4. Nihilominus verius, & probabilius reputo hunc violentam penitentiam iniunctas, non relapsum, sed impeniens esse, & contra illum tanquam impeniens procedi posse, dum in illo statu perseverat, & sicut impeniens, si à contumacia recedit, & misericordiam expostulat, admittitur, & nullo modo brachio seculari traditur: sic cum hoc impeniens faciendo est: debet tamen pro crimine violatæ penitentia abique causa arbitrio Inquisitorum puniri, vel pecuniaria pena, vel fustibus, vel iciniis, penata qualitate Personæ, grauitate criminis, & malitia: sic docet doctissimus Franciscus Pegna 3. parte quæst. 96. comment. 1. & 6. vers. itaque Ioan. à Rojas *tract. de hæres. 2. part. assert. 4. n. 335. vers. tertio fuit.* Simancas de catholic. instit. tit. 16. rubr. *de custodia reorum. n. 24. & 25. vocans contrariam opinionem crudellem, & fallam in enchirid. violata relig. 1. 57. rubr. de carcere perpetuo n. 4. & 5. Hippolit. Riminald. conf. 150. per totum Farinacius quæst. 193. n. 136. & segg. præcipue 146. Lexius Zechius summ. 1. part. 1. de fide rubr. de hæres. cap. 11. n. 19. vers. secundo loco & alij apud ipsos. Ratio efficax est, quia violatæ penitentias iniunctas quales sunt, fugere è carcere, habitum penitentialem non deserte, non peregrinari, & non est signum à iure statum, approbationis erroris, Ergo non debet violas ob talem violationem, vt relapsus condemnari. Probo hanc consequentiam, quia non permittitur iudicibus condemnare vt relapsum, quem iura relapsum non iudicant. Adde solum fictione, & præsumptione iuris poterit dici violas habere penitentias iniunctas approbare errorem detestatum, cum ergo verè non approbet, pena ordinata puniendus non est. Et ex his soluitur contrarium fundamentum procedit enim cum quis omitte exequi penitentias directæ contrariis errori detestato, veluti si omittet se purgare, errorem abiurare, hæreticis non fauere: hæc enim à iure statuta sunt signa vehementer approbationis erroris, ac proinde vt relapsus postea is condemnari, lecus de aliis penitentis: vt bene Hippolit. Riminald. Franc. Pegna, Simanc. Farinac. docent *leci al. legatis.**

5. Extendenda tamen est hæc nostra sententia, vt procedat, etiam si hæreticus penitens sub iuramento, & pena relapsi se obligasset ad penitentiarum executionem: adhuc non debet vt relapsus condemnari ob violationem penitentiarum, quæ heresi directæ contrariæ non sunt. Quia obligatio cuiuscumque merienda est iuxta iuris regulas, quibus censendus est quilibet se velle conformare. *l. si duo. ff. de acquirenda, vel omittenda hæres. l. vmo. potest. ff. de legatis. 1.* Cum ergo regula iuris non permitat hunc violatorem vt relapsum puniri, ex eius obligatione hanc penam portare non debet. sic Hippolit. Riminald. conf. 150. num. 6. & 7. iuncto. n. 35. lib. 4. Franciscus Pegna direct. 3. p. quæst. 97. comment. 156. in fine. Farinacius quæst. 193. de hæres. n. 142. Menoch. conf. 81. n. 113. & segg. lib. 3.



DISPUTATIO VII.

De penis suspecti hæretici, filiorumque hæretici.

PUNCTUM I.

Hæresis suspecti quam penam incurrat.

1. Quotuplex sit hæresis suspicio.
2. Magna, & vehementis suspicio hæresis quæ sit, varijs exemplis explicatur.
3. Quæ sit maxima, & violenta hæresis suspicio.
4. Leuis suspicio non sufficit ad condemnationem.
5. Sufficit ad interrogandū reum, secundam plures Doctores.
6. Alij reiciunt.
7. Distinctione resoluitur difficultas, quæ statuitur interrogari posse, si oriatur suspicio ex delicto, cui iuri communi annexa est talis suspicio secus si solum ex opinione Doctorem.
8. Leuiter suspectus suspicione præbabit, & iuridica condennandus est vt abius de leui.
9. Pro crimine inducente suspicionem leuem condemnari potest reus ad aliquam penam pecuniariam, vel carceris pro aliquo tempore.
10. Ad que condemnari potest qui vehementer suspectus est.
11. Quid si suspicio ex famoria hæresis oriatur.
12. Violanter suspectus vt hæreticus damnari potest.

HÆRETICIS affines sunt crimen committentes, ob quod redduntur de hæresi suspecti. Hæc autem suspicio triplex est, modica, siue leuis, magna, siue vehemens, maxima siue violenta. Modica suspicio, & leuis est, quæ ex leuibus indicis, & coniecturis oritur. Vocantur leuia indicia, modicæque coniecturæ, ex quibus leuiter inferitur crimen suspectum, quod aliis terminis declaratur.

solent. Leuia iudicia, modiceque coniectura sunt, ex quibus non frequenter, sed raro concluditur crimen suspicatum. Quapropter si frequenter peccatis, & vitam generis depravatam leuiter de fide redderis suspectus. Item si sacramenta ministras ex malo statu, vel sine iurisdictione, & potestate; aut bis reperis sacramentum non repetendum; & secundas nuptias contrahis videntur priori coniuge, si per annum excommunicacione extra causam fidei; si in sacramento confessionis ad Venetrem, aliove flagitio penitentem prouocet, & his similia, &c. Aduerito tamen adesse in his grauem differentiam. Nam quedam reddunt de heresi leuiter suspectum, secundum Doctorum communem opinionem; alia vero reddunt de heresi leuiter suspectum, ex iure, & lege sic faciente.

1. Magna si vehemens suspicio haresis est illa que ex verbis, vel factis efficitur, frequenterque heresim concludentibus demonstratur: que autem sunt hec verba vel facta legum esse recentiora. Videri possunt Vmbert. Locat. in iudiciali inquisit. verbo suspicio num. 10. & 19. Eymers. 2. p. direct. quest. 56. & ibi Pegna comment. 81. Legius Zechius in summa p. tit. de fide rubr. de heresi. 2. n. 1. Praecipua exempla sunt, que adducit Eymers. Vbi recolligit omnes casus à iure expressos vehemens suspicionis. Et claritas gratia, hec placet inuicere. Primum est si vocetis res claritas gratia, hec placet inuicere. Primum est si vocetis res potest de fide, & intra terminum assignatum abique causa non comparere suspectus de heresi redderis vehementer, ex e. cum excommunicatus de heresi in 6. Secundus, si impedias scienter directè vel indirectè inquisitionis officium. c. inquisitionis negotiorum de heresi in 6. §. vlt. quia reputaris hereticorum fautor, defensor. Tertius si impedias inquisitionis officium praestes scienter consilium auxilium, vel fauorem ob eandem rationem, quia fasces haresis, & habetur in supradictis cap. vt inquisitionis. Quartus, si hereticos ab inquisitionibus citatos, & eorum credentes intratus, quomodo veritatem celerem, vel falsum deponant quia fasces eorum malitiae grauius: habetur cap. accusatus de heresi in 6. §. in. Quintus, si fauces, defendas, recipias hereticum, quia hereticus est, non quia tibi est consanguineus, vel amicitiosus: habetur excommunicatus 1. §. credentes de heresi. Ad idem est, si cum hereticis specialissimam contrahas familiaritatem: iuxta cap. inter sollicitudines de purgat. canonice. Sextus, si in causa fidei conuincaris dixisti in iudicio falsum, eo quod reuocet quod prius ante fueris falsus, tanquam de heresi suspectus vehementer habendus es; colligitur ex e. litteras de praesumptionibus Septimus colligitur ex extraneis. Ioannis XXIII. incipiente. Ad nostram de regularibus inter communes. Vbi suspecti vehementer de heresi redduntur religiosi, qui in partibus vitraminis abique superiorum licentia comorantes demorantur in Romane Ecclesie constitutionibus, & alia multa à fide deuia in suis sermonibus, & secretis colloquiis enomere non videntur.

2. Maxima autem, seu violenta suspicio haresis est, que ex verbis, aut factis ornata dicitur iudicem ad credendum sic facientem, vel dicentem hereticum esse: vt si hereticos adorat, vel more suo reuerentiam exhiberet consolationem vel communionem ab eis receperit, cap. accusatus de heresi in 6. §. qui cum quodam sit. c. lib. Deinde si in causa fidei excommunicatus per annum indoluerit, cap. cum excommunicatus de heresi in 6. Adde si deficias in purgacione canonica, quam in causa fidei tibi indictam praestare non potuisti, c. inter sollicitudines de purgacione canonica. Denique, si post abiuratum heresim de qua conuictus fueras, vel postea conuincaris cum hereticis communicas, eos visitas, recipias, deficias, afficias dona, vel munera eis donas, vel mitis e. accusatus, si illa quoque de heresi in 6. In hac enim explicacione leuis, vehemens, & violenta suspicionis exemplis declaratis continentur Doctores: vt videtur est in Vmbert. Locat. in iudiciali inquisit. verbo suspicio n. 1. 2. 3. 4. Simanc. de cathol. instr. tit. 50. n. 22. 23. 25. & 26. c. in enchirid. tit. 4. n. 2. & segg Eymers. 2. p. q. 55. & ibi Pegna comment. 80. & 3. p. comment. 24. n. 100. Farinac. de heresi, q. 187. §. 2. 3. 4. His positus.

3. Si de leui suspicione loquamur, regula omnino tenenda est non sufficere ad condemnandum reum, quia leuia iudicia, modiceque coniectura moueri non debent animum viri prudentis ad iudicium ferendum de tam graui crimine; sed potius in sanum sensum debent interpretari: sic Vmbert. Locat. suprad. num. 6. Simancas de cathol. instr. tit. 50. num. 28. c. in Enchirid. tit. 4. n. 6. Eymers. 2. part. q. 55. num. 2. Rojas tract. de hereticis, 2. part. n. 148. Farinacius q. 187. n. 26. Neque obstat l. c. de hereticis, vbi ex leui argumento aduersus catholicam religionem condemnatur reus, vt hereticus. Inquit enim textus, Hæreticum autem vocabulo constituitur, c. p. latis aduersus eos sanctionibus succumbere debent, qui vel leui argumento à iudicio catholice religionis, & traxerit decessi fuerint deuia. Non inquam, obstat nam licet plures Doctores sentiant illa verba, leui argumento viurpari non pro leui iudicio, & probatione verius, & probabilius est pro leui heresi esse intelligenda: ita vt sit sensus eos hereticos vocabulo conueneri, qui leui argumento, id est paulatim, vel in minimum, vel in vno tantum articulo à fide catholica deuiant: sic explicant, & optime probant Pegna 2. p. direct. ad c. de hereticis comment. 1. vers. 1. & hanc sententiam fol. 86.

Farinacius pluribus relictis de heresi, q. 178. num. 61.

4. Dificultas autem est, an hæc suspicio sufficiat ad inquirendum specialiter contra aliquem, ipsi que interrogandum. Ratio dubitandi est, quia inquisitio, & interrogatio assumuntur à iudice ad inuestigandam veritatem, quæ inuestigatio neque otiosa est censenda, neque iniuriola, cum fundamentum, & occasionem præsterit illius. Et confirmo: si iudicia vehementis suspicionis daret, non solum inquiri, & examinari, sed & torqueri posses super delicto infamato. Ergo leuia iudicia saltem examinationi te reddunt subiectum: & ita tenet Sigismund. Scaccia tract. de iud. cap. 59. c. n. 2. Ioann. Calderinus tract. de hereticis, filiorum c. nepos. num. 10. Rojas tractatu de hereticis, 2. part. num. 20. Pegna ad Eymers. 2. part. comment. 12. ad cap. excommunicatus, l. 1. de hereticis, paulo post princip. Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 20. n. 21. c. 35. n. 20. vers. quæ tamen vera sunt. Malcard. de probationib. lib. 2. concl. 861. n. 3. Squalicent. tract. de fide cathol. cap. 2. num. 1. Roland. consil. 8. num. 6. lib. 3. Paulus consil. 2. num. 100. lib. 4. & alij Limitant tamen plures hanc suam sententiam, vt procedat in hoc vili, improbo, & abiecto; secus verò in homine honesto, nobili, religioso: sic Pegna suprad. vers. ceterum c. cum 80. vers. atque ita crederem. Rojas num. 21. Menochius de presump. lib. 1. q. 190. num. 2. & segg. Et ratio huius limitationis esse potest; quia ratione vilitatis, & improbitatis augetur suspicio; & contra verò ratione probitatis, & nobilitatis minuitur. Adde improbo & vili non grauem iniuriam irrogari, si de fide examinetur; cum occasionem dederit malæ suspicionis, & contra probum, & honestum virum sola inquisitio grauis lædit, & maculat. Quapropter secundum omnes, neque vili homini ob solam leuem suspicionem capta permittitur; quia capta grauius læditur.

5. Verum supradictam sententiam etiam cum limitatione postam plus Doctores reuocant: quibus fauer hæc efficax ratio, quia inquisitio, & examinatio de credulitate alicuius esse non potest; nisi quia de eius recta fide dubitatur: à ob leuia iudicia, leuiterque coniecturas dubitare de aliquo ita graue crimen ac est infidelitas licere nequaquam potest: vt ex communi sententia supponit Lessius lib. 2. de iustit. cap. 29. dub. 3. num. 15. Et confirmo: cum iudex dubitat; an aliquis infidelis sit iudicat eius fidem ambiguum esse, & incertam; at ex leuibus iudiciis id indicare iniuriolum est. Ergo non est licita inquisitio, quia hæc dubitationem supponit: sic Simancas de cath. instr. tit. 50. n. 28. c. in enchirid. tit. 4. rubr. de suspectis, n. 7. Clarus pract. crim. §. siu quasi 6. n. 6. vers. scias. Menochius de presump. quasi 100. num. 2. & segg. Nauar. consil. 2. n. 8. vers. septimo lib. 5. tit. de hereticis.

6. In hac contrarietate placet mihi distinctione vti: si haresis suspicio leuis oriatur ex delicto, cui à iure, vel consuetudine talis suspicio annexa est: censet inquiri, & interrogari possit delinquentem ex eius fide; & credulitate; secus verò, si suspicio oriatur ex aliis delictis, quibus solum in opinione Doctorum positum est ingerere suspicionem. Secundam partem huius conclusionis probant satis nuper dicta pro secunda sententia. Priorem verò probat vtilis, & consuetudo: quoties enim reperitur aliquis habens libros prohibitos illosque legens, & sine potestate sacramenta ministrans, binas nuptias contrahens in sacramento confessionis ad peccatum prouocans in excommunicatione per annum infordegens, examinatur eius fides. Ergo dicendum est ob leuem suspicionem iuridicam subiecti delinquentem examinationi, Et ratio est, quia non directè examinationi subiectur sed indirectè; directè enim examinatur, & interrogatur, & torquetur, si opus est, super delicto cautante suspicionem; de suspicione autem solum in consequentiam: ac proinde in tali examinatione, & interrogatione nulla illi irrogatur iniuria quia non imponitur illi alia suspicio, vel dubitatio præter eam, quæ à iure est imposita. Item condemnatis super hoc delicto, & sic de fide leuiter suspectis, indicetur abiuratio de leui, vt statim dicemus; quæ necessario supponit reum esse prius examinatum. Et cum hac distinctione procedit meo iudicio, Suarez de fide, disp. 24. sect. 2. n. 4. vbi relictis summariè contrariis opinionibus concludit negotium esse presuntiale. nam si suspicio leuis procedat ex delicto graui, ratione delicti sufficere poterit ad capturam, &c. Et ita in his videmus fieri abiurationem de leui, vt si legit librum hæreticum, vel secundo nupsit, &c. Quado verò nullum processit tale delictum, vera videtur illa prior sententia regulariter loquendo, id est, nisi causa grauis & prudens aliud postulet, hæc Suarez. Idemque videtur lenire omnes illi, qui ad inquirendum & examinandum reum exposulant suspicionem non qualemcumque, sed probabilem; hoc est (vt ego credo) à iure probatam: sic docent Simanc de cathol. instr. tit. 50. rubr. de pres. n. 27. Rojas tract. de hereticis 2. q. num. 21. Vmbert. Locat. in iudiciali inquisit. verbo citato n. 15. vers. citari non debet. Farinacius de heresi, q. 185. n. 58. Rupert. Inquisit. verbo suspecto, vers. nota quod suspicio. Contrad. pract. tit. de hereticis, num. 9.

7. Ex his inferitur primo leuiter suspectum suspicione probabili, & iuridica condemnari debere, vt abiuret de leui, vt tali, inquam abiuratione purget suspicionem contractam. sic Eymers. direct. 2. part. quasi 55. n. 9. c. 10. & ibi Pegna comment. 80. vers. 6. c. ubi quis c. 3. p. q. 87. c. 26. vers. nec refert. Simancas

DE
VSTRO
ALAO
TON,
IIII

cas latè probans de cathol. instit. tit. 1. rubr. de abiurat. num. 18. 21. & segg. Farinacius q. 187. num. 31. Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 47. n. 2. Sigismund. Scaccia de iudic. c. 59. n. 10. & 11.

9. Secundò inferitur pro crimine inducente leuem suspitionem condemnari reum posse ad aliquam penitentiam, vel pecuniariam, vel conclusionis pro aliquo tempore, vel fustigationis, vel tritensis, arbitrio Inquisitorum, pensata qualitate personæ, & gravitate delicti, & malitia: sic Decian. supra cap. 38. num. 7. Repert. verbo testis, versio. nota quòd sufficit. Farinacius supra num. 33.

Vt autem abiuratio, & condemnatio leuiter suspectis inferatur, necessariò delictum, seu iudicium ex quo talis suspicio oritur pienè debet esse probatum; aliàs non vera esset suspicio, nec digna pœna: sic Farinac. q. 187. n. 34. Menoch. consil. 82. n. 155. Mascard. de probationib. lib. 2. concl. 86. n. 7. Rojas de hæret. 2. part. assert. 6. n. 148. versio. sed illa signa, & singul. 164. post. n. 6. & alij apud ipsos.

10. Quòd si de vehementi suspitione sermo sit, qui illam contrahit, condemnari potest, primò ad abiurationem; quia alia via non videtur suspitione in gravem purgari posse. Sic Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 47. num. 2. Locat. iudic. inquisit. verbo suspicio num. 7. Farinac. q. 187. num. 40. Cantera rubr. de hæreticis, cap. 1. num. 56. Suarez de fide disp. 23. sect. 2. n. 4. & 5. Eymet. 2. part. direct. q. 55. num. 12. & 3. part. rubr. de quinto modo termin. processum. num. 166. versio. circa istum. & ibi Pegna comm. 41. Secundò d. maari potest in aliqua extraordinaria pœna, vel pecuniaria, vel turensis, vel fustigationis pensata, qualitate personæ, & delicti, ex quo oritur suspicio: hoc enim est, quod punitur. sic Vmbert. Locat. verbo suspicio, n. 26. versio. plura tamen. Farinac. num. 42. Rojas de hæreticis, 2. p. num. 304. & segg. Ioan. Lupus in addition. hæreticis, §. 11. Simancas de cathol. instit. tit. 50. rubric. de præsumptionib. n. 21. & tit. 51. num. 12. Suarez supra nam. 5. Pegna direct. 2. part. comm. 80. versio. sed hanc sententiam Quæ omnia observata vidi in Publicis actibus fidei, in quibus vehementer suspecti ob aliquos ritus Iudaicos publicè errores abiuraverunt & pœna pecuniaria sancti officij sumptibus applicanda condemnati sunt alij verò ad exilium, Neque illis fuit impositus faccus penitentianis crucibus integrè signati, sed solum dimidiatis, qui tamen faccus facta abiuratione illis sublatus fuit.

11. Verùm si suspicio vehemens oriatur ex favorita hæresis. Primò, sic suspectus excommunicatus est excommunicatione in Bulla Cœnæ reservata. Secundò ex probabiliori sententia est irregularis, iuxta c. hæret. de hæret. in 6. vbi fauente hæreticis inhábiles redduntur ad beneficium, & officium publicum, si cur & hæretici: nomine autem officij, Ecclesiasticum debet intelligi: sic docent alios referens Sanchez lib. 1. in Decalog. c. 25. n. 7. Tolet. summ. lib. 1. c. 69. n. 2. Farinac. q. 192. n. 74. Secus verò dicendum est de suspitione orta ex alio crimine: nam nisi sit publicum, & infamiam generet irregularitatem non inducit: vt bene aduertit Sanchez cum aliis n. 10. & tradit Suarez de fide disp. 23. sect. 2. n. 6. & nos latius in materia irregularitatis examinabimus.

Tertiò hæreticorum fautor, defensor, vel receptor est infamis quia ita habeatur in constitutione Innocentij IV. edita anno 1252. incipiente. Ad extirpanda & in constitutione Alexand. IV. edita anno 1258. incipiente, Quod super, & Pauli I V. incipiente Licet ex Apostolatus officio, edita anno 1558. quæ referuntur à Pegna in sine direct. vj. Vt autem hæc pœna contrahatur, requiritur sententia declaratoria criminis, sicut & in hæretico requiritur diximus: & tradit Azot. tom. 1. institutionem, lib. 8. c. 12. rub. de quarta hæreticorum pœna, q. 7. Burlatus consil. 14. n. 18. & 23. lib. 1. Farinacius q. 189. n. 56. Thomas Sanchez, lib. 2. in Decal. cap. 26. n. 1. Insuper videtur requiri, vt intra annum excommunicatione notatus satisfacere contempserit: sic Eymet. 3. part. direct. q. 123. num. 2. & 3. Sanchez lib. 2. cap. 26. num. 3. Quattò, clericus hæreticorum fautor, defensor, & receptor, & quicumque de hæresi vehementer suspectus, non priuatur ipso iure beneficiis obtentis, sed illa potest in fauorem tertij renuntiare. Nec renuntio rescinditur; venit tamen priuatus per sententiam: iuxta textum in cap. excommunicamus l. 1. credentes, de hæret. sic Pegna direct. 3. part. q. 113. comm. 162. versio. benefice. verò Farinacius q. 189. n. 74. 81. & 86. Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 26. n. 14. & 16. Quintò, inhábiles ipso iure ad quodlibet officium publicum, beneficiumque Ecclesiasticum: iuxta vt collatio illis facta irrita est, & inanis, habetur expressè c. 2. §. hæret. de hæretic. in 6. & ita docet Azot. 1. p. institutionem moralium c. 13. q. 8. Pegna direct. 3. part. q. 113. comm. 162. Salzedo pract. cap. 113. Sanchez lib. 2. cap. 26. num. 4. Sextò ad publica officia, seu consilia, neque ad eligendos aliquos admitti potest. In capax irem est testandus, succedendisque ex testamento. Nullus præterea ipsi super quocumque negotio, sed ipse aliis respondere cogitur. Quòd si fortè index extiterit, eius sententia nullam obinet firmitatem, nec cause aliquæ ad eius audientiam præferti debent. Si verò Aduocatus fuerit, eius patrocinium nullatenus admittitur. Si tabellio, instrumenta per ipsum cõfecta nullius sunt momenti, sed cum auctore danato damnentur, & in similibus idem seruari præcipitur. Si verò clericus fuerit, ab omni officio, & beneficio deponi debet. Insuper mādatur clericis, ne exhibeant huiusmodi

pestilentibus Ecclesiastica sacramenta, nec eos christiane præsumant tradere sepultura, nec elemosinas, aut oblationes eorum percipiant, alioquin suo priuatur officio ad quod nunquam restituantur abique indulto Sedis Apostolicæ speciali Denique excommunicationis sententia iubetur percelli, qui hoc sic ab Ecclesia denotatos viuere contempserint. Hispanis non quilibet defensor receptor, aut fautor hæreticorum subiacet, sed illitantium qui publicantur ob fautoriam excommunicati, & postquam sic publicati sunt, contemunt intra annum satisfacere Nam de his tantum loquitur textus in cap. excommunicatus §. credentes de hæreticis, & notauit Eymet. 3. part. direct. q. 123. num. 2. & 3. & ibi Pegna.

12. Tandem dicendum de violenta suspitione, qua si aliquem afficiat, eo ipso vt hæreticus damnati potest, quia est præsumptio iuris, & de iure in contrarium probationem directam non admittens, & constat ex contra Christianos; cap. quicumque, cap. cum contumacia, cap. filij de hæreticis in 6. cap. excommunicamus, §. qui autem de hæreticis, & tradunt ferè omnes Doctores: vt videtur est in Eymet. 2. part. q. 55. num. 10. & ibi Pegna comm. 80. versio. violenta suspicio. Farinacius q. 187. num. 46. Dixi probationem directam non admittente, quia iudicium bene admittit, qualis est, si sic suspectus velit probare reles examinatos fallum dixisse, vel iudicia, ex quibus violenta suspicio sumitur, vera non esse sic Pegna supra, versio. quamuis in sine comm. Farinacius num. 50. Simancas cathol. instit. tit. 51. rubr. de probationibus num. 13. Verùm eti hæc de violenta suspitione verissima sunt, modus autem procedendi in iudicio aduersus sic suspectum, idem est, ac aduersus suspectum de vehementi, vt aliis relatis docuit Farinac. n. 51.

Sed qui dicendum de eo, qui metu illato è fide catholica exterius recedit?

Respondeo, si metu graui cadente in virum constantem, cedat, nec est condemnandus vt hæreticus, neque vt de hæresi vehementer suspectus esse grauis peccet. Nam cum hæresis in voluntario recessu è catholica veritate consistat, non præsumitur ex voluntate recedere, qui sic coactus recedit: sic Simancas de catholice instit. tit. 17. n. 29. & 36. Pegna direct. 1. part. comment. 24. versio. rursus, & versio. sed hæc quidem omnia. Dicit, si metu graui recedat. Nam ad tollendam hæc hæresi suspitionem, non quilibet metus sufficit, sed metus mortis, & tormentorum. nam metus infamie, exilij, aut non multum grauis fustigationis, non videtur sufficiens in tam graui crimine ad excludendam eius suspitionem, præcipue si Episcopus, clericus, monachus, Theologus nobilis, & similibus sit, qui recedit. Nam si femina, puer, aut plebeus sit, qui cogitur, supradictorum maiorum timor sufficit. Item requiritur ad excludendam hæc suspitionem: vt cessante metu, statim signa doloris ostendat, & sceleris patratu penitentium expostulet, & ad veram fidem reuertatur: alias præsumetur & prius ex animo consensisse, & ritum habere turpem, & execrandum recessum, & proinde tunc grauius puniendus est, & ad abiurationem compellendus, tanquam de hæresi vehementer suspectus: sic docent Simancas de catholice instit. n. 37. Pegna supra, versio. sed hæc quidem. Farinac. q. 183. à n. 26. Azot. 1. p. institutionem moral. lib. 8. c. 9. in fin. & cap. 21. quæst. 5. & 6.

PUNCTVM II.

Filij, & nepotes hæreticorum quas pœnas incurrant

- 1 Nulla pœna corporali afficiuntur.
- 2 Non priuantur bonis propriis, nec potestate succedendi in maioratu.
- 3 Neque priuantur successione avarum, aliorumque consanguineorum.
- 4 Boni parentis hæretici omnino priuantur.
- 5 Excipi iure natura debita alimentum.
- 6 Quæ ratione, his filij, & nepotes contrahant irregularitatem
- 7 Contrahunt inhabilitatem ad beneficia, Ecclesiastica, & personas recipiendas.
- 8 Item ad officia publica.
- 9 Extentam aliqui hæc pœnam ad beneficia acquisita, atque nam pater declaratus fuerit hæreticus, sed non admittitur extensio.
- 10 Minus modi filij, & nepotes infamiam pœnam non contrahunt, tamen si aliqui contrarium sentiant.
- 11 Filios hæreticorum, qui in contumaciam damnati sunt, & ob solam illam, aliquibus placet supradictis pœnas contrahere.
- 12 Probabilis est oppositum.
- 13 Satisfit rationibus num. 11. adductis.
- 14 Filij sine ante, siue post commissum delictum nati, contrahunt pœnam illis propriam, secundum satis communem sententiam.
- 15 Proposuit contraria sententia, negans filios natos ante delictum comprehendi sjs pœna.
- 16 Reprobatur sententia n. 14. adducta in crimine laici Maior.